The colours of this most beautiful species, which is a native of Cayenne in South America, are of uncommon brilliancy. It is principally distinguished by the purple rectrices, or tail-feathers; except the two middle ones, which are green. It is one of the rarest birds of its genus, and we believe this to be the first figure of it yet published.



London, Published by W. Woodcut, at the Sign of the Golden Lion, in the Strand.

W. Woodcut delin. & sculp.

RANA PIPA.



CHARACTER GENERICUS.

Corpus tetrapodum, nudum, ecaudatum.

Lin. Syst. Nat. p. 354.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

RANA digitis anticis muticis quadridentatis, posticis unguiculatis.

Lin. Syst. Nat. p. 354.

Seb. Mus. 1. t. 77.

Mer. Sur. t. 59.

Vallisn. Nat. 1. t. 41. f. 6.

Solent communes ranæ foeminæ ova sua in fossis et aquis stagnantibus, punctis mille nigris similia, glutine copioso contenta, primo vere deponere. Puncta hæc, ranarum futurarum veri embryones, elapsis paucis diebus, mole augentur, colore sunt minus fusco, e glutine circumfuso emergunt, et in aquis libere natant. Gyrinorum nomine nunc probe cognoscuntur, et corpore sunt prægrandi, sine ullis pedum vestigiis, cauda autem maxima pinniformi: ex utraque etiam parte thoracis apparent branchiæ ramosæ, seu organa respirationis. Elapso longo tempore, illisque nihil nisi magnitudine mutatis, branchiæ ramosæ decidunt, pedes anteriores e cute emergunt, et paulo post pedes posteriores.

posteriores. Vivit adhuc animal in aqua in qua primum nascebatur, cauda etiam remanente. Post aliquot tamen septimanas hæc quoque sensim decrefcens, tandem evanescit : jamque rana perfecta in terram progreditur, abhinc pro arbitrio vel in humo vel in aquis degens.

Talis est ranarum omnium Europæarum transformationis series (exceptis aliquot differentiis in figura et dispositione ovorum in variis speciebus). At vero in America Australi hujus generis est species, quæ inter omnia ludentis Naturæ miracula primum sibi locum videtur vindicare. Pullos enim more prorsus infolito e cellulis, seu concavis tuberculis in dorso fitis excludit. Differt igitur hæc ranæ species, utpote vivipara, ab omnibus sui generis, nec non ab aliis animalibus, infolito gestandi et parturiendi modo.

Surinamiam incolit rana hæc monstrosa. Color illi (saltem in speciminibus quæ ad nos pervenerunt) est plerumque plus minus fuscus, et interdum pene nigricans ; interdum multo pallidior. Animal est immodice deforme ; caput antica parte acuminatum gerens, rostro velut fuillo. Pedum anticorum digiti extremitates habent quadrifidas.

Affirmat CAMPER, vir anatomes peritissimus, Pipam uterum, seu ovarium internum habere, ovaque sua, eodem modo quo et alia hujus generis animalia, excludere ; et, si qua fides FERMINO, (qui se testem oculatum tam miræ rei fuisse asserit,) mas ova a fœmina deposita pedibus congregat, dorsoque fœminæ imponit, quæ fecundata, intra cellulas dorsuales illa recipit, et occludit, donec paulatim perfectam ranæ formam adeptam, iterum excludantur.

Animal

Animal hoc tam fingulare unicum tantum partum edere voluit Natura, nec cum aliis fui generis speciebus collatum, foecundum haberi potest; Pipa enim quam observavit FERMINUS, quinque diebus septuaginta quinque pullos produxit.

THE
P I P A,
O R
T O A D O F S U R I N A M.



GENERIC CHARACTER.

Body four-footed, naked, without tail.

Lin. Syst. Nat.


SPECIFIC CHARACTER, &c.

FROG with the toes of the fore-feet quadrifid at their extremities; the hind-feet webbed and clawed.

Seba. vol. 1. t. 77.

Mer. Sur. t. 59.

The spawn of the common frog is deposited in large heaps or clusters by the females in stagnant shallow waters and ditches in the early part of the spring; it consists of a congeries of black globular points, surrounded with a considerable depth of gelatinous substance. The black points are no other than the real embryos of the future frogs; in a few days they enlarge, change to a somewhat lighter colour, and break through the surrounding gluten, and swim in the water.



Reproduction d'un crapaud par J. B. S. de la collection de M. de Buffon

ter. In this state they are well known by the name of tadpoles, and consist of a very large body, with no appearance of legs, but furnished with a very remarkable fin-shaped tail, and on each side the breast is a set of ramified branchiæ, or respiratory organs. After having lived for a considerable space in this state, with little other change of appearance than an increase of size, the ramified parts drop away, and the fore-legs appear; these are soon succeeded by the hinder ones, and the animal still continues to inhabit the water in which it was hatched; it is still furnished with the tail, which at this period of its growth makes a conspicuous appearance; but, after some weeks this also shortens by degrees, and the animal, having attained its perfect figure, ventures upon land, and from that time is at pleasure an inhabitant of either element.

Such is the change (with some few variations as to the figure and disposition of the spawn in the different species) which the animals of this genus undergo in all the kinds which belong to Europe; but in South America we have an instance in a species of this same genus, of one of the most extraordinary particularities which the whole compass of Natural History can exhibit; for in this animal, (which is called the Pipa, or Surinam Toad,) as if by a caprice of nature, unparalleled by any other known animal, and diametrically opposite to the established laws of production in other creatures, the young are produced, perfectly formed, out of cells, or hollow tubercles placed on the back of the female. This species therefore forms an excep-
tion

tion to the rest of the Frog-genus in being viviparous, and is likewise an exception to the general way of production in all other larger animals.

This most extraordinary creature is a native of Surinam. Its colour, (at least in such specimens as are brought over to Europe) varies considerably in different subjects; but it is generally brown, more or less deep, and in some, even approaches to blackness. It is a species of most striking deformity; the head is of a sort of pointed shape, the snout somewhat like that of a hog; and the toes of the fore-feet are at their extremities divided into four small processes.

I should not omit to observe, that according to the celebrated anatomist Camper, the Pipa is furnished with an internal uterus, or ovarium, and excludes its ova in the manner of other animals of this genus; and, from the observations of Fermin, (who declares he was an eye witness of the strange process,) it appears, that the male, after the exclusion of the ova, collects the whole heap, with his paws, and deposits it on the back of the female, where, (after impregnation) they are received into the cellules, which close over them, and in which they gradually arrive at their complete form, and are then again excluded.

This singular animal is calculated by nature for bearing young but once; and, compared with others of its genus, it cannot be regarded as very prolific; the number which the female Pipa, observed by Fermin produced, was seventy-five, which were all excluded in the space of five days.

SPHINX OCELLATA.



CHARACTER GENERICUS.

Antennæ medio crassiores, seu utraque extremitate attenuatæ, subprismaticæ.

Alæ deflexæ (*Volatu* graviore vespertino seu matutino.)

Lin. Syst. Nat. p. 796.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

SPHINX alis repandis: posticis ocellatis.

Lin. Syst. Nat. p. 796.

SPHINX alis angulatis: posticis rufis, ocello cæruleo.

Fabr. Syst. Ent. p. 536.

Scopoli. Entomol. Carniol. p. 182.

Plurimas quæ infectis hujus classis accidunt, mutationes peculiari quadam lætitia solemus contemplari physici. Quamvis enim philosopho rem penitus intuiti fati constat animal idem esse, nec adeo immutari ut fiat alterum; sed partes tantum gradatim explicari quæ sub forma infecti longe aliter apparentis latuerunt; non possumus tamen non admirari, nostramque e mortuis resuscitationem Papilionis metamorphosi plane obumbratam agnoscere.

Antiqui

Antiqui fane varias Papilionum vices, illosque a morte temporaria redivivos intuentes, (ut verisimile est) quasi animæ symbolum habuerunt. Vox enim ψυχή et pro anima et papilione usurpatur. Recentiores Physici historiam naturalem ad religionis usum recte convertentes, ab hisce insectis mire adeo permutatatis humani corporis resurrectionem elucidare conantur. Exemplum tamen minus aptum seligunt, nempe Phalænam Mori, sive Sericam; utpote quæ nec sub terra immutatur, nec a morte accita, notabili est pulchritudine. At vero, inter omnia Naturæ phænomena, Sphinx, de qua jam agitur grandis et ultimæ humani corporis transformationis exemplum jure habeatur vividissimum. Eruca enim Sphingis, pabulo suo fatiata, sub terra alte se occultit, ibi exuvias ponit, et veluti mortua menses multos jacet: his exactis, iterum ab humo attollitur: tumuli claustra deserit, et inter animalia unum e formosissimis erumpit. Ipsius certe Apostoli idea, merito ab omnibus laudata, quaque ad popularem captum nulla potest esse accommodatior, philosopho minus apta et vivida videtur, quam ejusdem mysterii elucidatio, de variis hujus insecti vicibus desumpta. Nec fane in omnibus suis operibus aliud clarius exemplum profert Natura.

De hac metamorphosi ita cecinit poeta anonymus.

Segnis et informis serpens eruca per herbas

Innocue viridi sustinet ora cibo.

Jam conviva satur, pertæsa et lumina vitæ

Quærit in effossa ponere corpus humo.

Exiit et vestem, ac cæcis commissa latebris

Dormit, et in placida morte quieta manet.

Hyberni

Hyberni frustra fugiunt per pascua venti,
Altaque nix rigido jam tenet arva gelu.
Illa nihil fentit, tumuloque occlusa profundo
Dormit, et a vento tuta, et ab hoste jacet.
At simul auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, et a zephyris terra soluta viret,
Cum frondent fylvæ, cum formosissimus annus,
En! tumulo surgit pulchra phalæna suo!
Surgit, et ut veteris rumpit jam claustra sepulchri
Miratur speciem corporis ipsa sui.
Quam formosa vigens! O quantum distat ab illa
Viderat errantem quam prior annus humi!
Alarum ornatum, gemmantes aspice ocellos!
Jam pluma in molli corpore multa nitet:
Mille trahens varios adverfo sole colores
Evolat, et cæcos despicit inde rogos.
Blandaque purpureis subvecta per aëra pennis
Per nemora et varios expatiatur agros.
Inque vices lectifque rosis violifque superbe
Incubat, et forma vincit utraque sua.
Scilicet et nostri reputentur vana sepulchri
Præmia, cum tali teste probata manent?

Sphinx Ocellata, quam in adjuncta tabula pro exemplo generis depingi curavimus, insectorum quæ in Britannia nascuntur, species est formosissima. Larva ejus super falices plerumque visa, sub initio mensis Augusti magnitudinem plenam adeptâ, sub terra sese sepelivit, et in chrysalidem mutatur, e qua, ineunte sequente Junio, phalæna ipsa erumpit.

THE
OCELLATED SPHINX,
OR
EYED HAWK-MOTH.



GENERIC CHARACTER,

Antennæ thickest towards the middle, or attenuated at each extremity.

Wings deflected, *i. e.* sloping downwards on each side, when closed. (*Flight* generally in the morning and evening.)

SPECIFIC CHARACTER.

SPHINX with repandous wings: the lower ones ocellated.

Lin. Syst. Nat.

The EYED HAWK-MOTH.

Albin. Inf. p. 8. f. 2.

The alteration of form during the different periods of life, which the insects of the Papilionaceous tribe undergo, affords a subject of the most pleasing contemplation to the mind of the Naturalist; and though a deeply philosophical survey demonstrates that there
is



is no real or absolute change produced in the identity of the creature itself, or that it is in reality only the gradual and progressive evolution of parts before concealed, and which lay masqued under the form of an insect of a widely different appearance, yet it is justly viewed with the highest admiration, and even generally acknowledged as in the most lively manner typical of the last eventful change.

If any regard is to be paid to a simularity of names, it should seem that the ancients were sufficiently struck with the transformations of the butterfly, and its revival from a seeming temporary death, as to have considered it as an emblem of the soul, the Greek word $\psi\upsilon\chi\eta$ signifying both the soul and a butterfly.

Modern Natural Historians, impressed with the same idea, and laudably solicitous to apply it as an illustration of the awful mystery revealed in the sacred writings, have drawn their allusions to it from the dormant condition of the papilionaceous insects during their state of chrysalis, and their resuscitation from it: but they have unfortunately chosen a species the least proper for the purpose, *viz.* the Silkworm; a species which neither undergoes its change under the surface of the earth, nor, when emerged from its tomb, is it an insect of any remarkable beauty; but the larva, or caterpillar of the Sphinx, when satiate of the food allotted to it during that state, retires to a very considerable depth beneath the surface of the ground, where it divests itself of all appearance of its former state, and continues buried for several months, then rises to the surface, and bursts from the confinement of its tomb,
and

and commences a being of powers so comparatively exalted, and of beauty so superior, as to be one of the most elegant of the whole insect tribe.

Even the animated illustration taken from the vegetable world, so justly admired, as best calculated for general apprehension, must yield in the force of its similitude to that drawn from the insect's life, since Nature exhibits few phænomena that can equal so wonderful a transformation.

This metamorphosis is thus described by an anonymous poet.


The helpless crawling caterpillar trace,
From the first period of his reptile race.
Cloth'd in dishonour, on the leafy spray
Unseen he wears his silent hours away.
'Till satiate grown of all that life supplies,
Self-taught, the voluntary martyr dies.
Deep under earth his darkling course he bends,
And to the tomb, a willing guest, descends.
There long secluded in his lonely cell,
Forgets the sun, and bids the world farewell.
O'er the wide waste the wintry tempests reign,
And driving snows usurp the frozen plain :
In vain the tempest beats, the whirlwind blows ;
No storms can violate his grave's repose.
But when revolving months have won their way,
When smile the woods, and when the zephyrs
play,
When laughs the vivid world in summer's bloom,
He bursts, and flies triumphant from the tomb.

And

And while his new-born beauties he displays,
With conscious joy his alter'd form surveys.
Mark, while he moves amid the sunny beam,
O'er his soft wings the varying lustre gleam.
Launch'd into air, on purple plumes he soars,
Gay Nature's face with wanton glance explores;
Proud of his various beauties wings his way,
And spoils the fairest flow'rs, himself more fair
than they.

And deems weak Man the future promise vain,
When Worms can die, and glorious rise again?

The Sphinx Ocellata, figured on the annexed plate, as an example of the genus, is perhaps the most beautiful insect which this country produces. The caterpillar is generally found on willows. It arrives at its full size towards the beginning of August, when it buries itself, and changes to a chrysalis, from which, about the first week in the following June, proceeds the moth.



CERTHIA FAMOSA.



CHARACTER GENERICUS.

Rostrum arcuatum, tenue, subtrigonum, acutum.

Lingua acuta.

Pedes ambulatorii.

Lin. Syst. Nat. p. 184.

Picæ.

CHARACTER SPECIFICUS.

CERTHIA rectricibus intermediis duabus longissimis, corpore viridi nitente, axillis luteis, loris nigris.

Lin. Syst. Nat. p. 187.

Certhiæ genus numerosum varias species continet coloribus ipsos Trochilos splendore æmulantes. Species jam depicta inter majores sui generis exstat. Color ejus communis est perviridis, cupreo quodam splendore læte super collum ac dorsum diffuso. Rostrum longissimum est. Axillæ, five partes humerorum inferiores sunt flavæ, partes autem exteriores, seu rectrices nigricant, plumis tamen margine viridi cinctis. Remiges, seu pennæ alarum longiores, nec non cauda, sunt atræ, margine etiam viridi cinctæ. Avis est Africana, et in Promontorio Bonæ Spei invenitur.

T H E
SHINING CREEPER.



GENERIC CHARACTER.

Bill slender, incurvated. and sharp-pointed.
Tongue differing in shape in the different species.
Legs moderately stout.
Toes placed 3 before, and 1 behind; back toe large: claws hooked and long.

Linnæus. Latham. Pennant.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

CREEPER with the 2 middle tail-feathers very long, the body of a shining green, the under wing-coverts yellow, the lores, (*i. e.* the spaces between the bill and eye on each side) black.

Lin.

FAMOUS CREEPER.

Latham. vol. 1. p. 720.

The very numerous genus *Certhia* contains several species whose colours are equal in splendor to the Humming-Birds. The species here represented is one of the largest of the genus. Its general colour is a rich

rich



rich deep green, with a very strong tinge of copper-colour, which is most predominant on the neck and back. The bill is very long. The under parts of the shoulders, or axillæ, are yellow, the outward parts black, edged with green. The long feathers of the wings, and the tail, are also black with green margins.

It is an African bird, and is found at the Cape of Good Hope.

HYDRA VIRIDIS.



CHARACTER GENERICUS.

Flos. Os terminale, cinctum *Cirris* fetaceis.

Stirps vaga, gelatinosa, uniflora. basi se affigens.

Lin. Syst. Nat. p. 1320.

Class. Vermes. Ord. *Zoophyta*.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

HYDRA tentaculis subdenis brevioribus.

Lin. Syst. Nat. p. 1320.

HYDRA VIRIDISSIMA.

Pall. Zooph. 3.

Leeuwenboek. Act. Angl. vol. 23. p. 1494.

Ecce! redundabit fœcundo vulnere vermis,
Fertilis et damnis dives ab ipsa suis!

Inter miracula Naturæ juste referuntur variæ generis Hydræ species. Tam ultra fidem singulares sunt earum vita, et propagandi modus, præsertim facultas quam habent vel in frustula dissectæ repullulandi, ut in summo hærent dubio Philosophi; nec horum animalium historia plenam fidem adepta fit, donec experimentis a solertissimis Physicis iterum iterumque factis

factis et omnibus modis variatis, proprietates earum miræ, et primo visu impossibiles, tandem extra omnem dubitationem probatæ essent.

Cum in hoc opere visum sit, res breviter ut possumus, proponere, non longis ambagibus historiam hujus insecti percurramus.

Hydra est animal aquaticum, cujus variæ sunt species; quarum quæ maxime vulgaris est, in tabula depingitur, Hydra nempe viridis Linnæi. In aquis degit imperturbatis, plerumque in fossulis: in rivulis etiam per campos ductis frequens reperitur; præcipue mensibus Martii et Aprilis. Cauda se affigit caulibus plantarum aquaticarum, et paginis inferioribus foliorum. Corpore est longo, tubuloso: capite tentaculis octo seu decem longis, os cingentibus instructo. Corpus ita contrahere potest territa, ut globulum repræsentet; causa vero timoris dempta, rursus in pristinam longitudinem se explicat. Animal valde est vorax; vermiculos aliaque aquas incolentia animalia prædatur. Cum vermiculus, aut aquaticum aliud animal ad Hydram parum fauste accedit, dicto citius eum arripit, brachiis seu tentaculis constringit, ad os attrahit, et ut anguis ranam inhaurit. Ano caret Hydra: omne igitur quod vorat, absorbtis humoribus nutritiis, ab ore ejicit.

Vermiculum bis vel ter seipsam magnitudine superantem devorare facile potest; quod licet plane incredibile videri possit, notandum tamen est Hydram esse corpore valde tensili, et pro rei exigentia mirum in modum dilatato. Hydræ vegetatione sese propagant: junior enim vel duæ vel tres juniores e lateribus parentis erumpunt, ipsæ etiam haud raro fœcundæ antequam

tequam parentem deferunt : ut duas vel tres generationes simul uni animaliad hærentes videre sit. Maxime autem omnium mirabile adhuc indictum est ; nempe quod Hydra in partes dissecta, non destructa sed multiplicata est vulneribus suis ; fabulam de celeberrima antiquorum Hydra verissimam reddens,

“ Fertilis, et damnis dives ab ipsa suis.”


Hydra non præter solitum magna commode in tres partes dividi potest : nempe forficem insinuando intra vitrum in quo servatur Hydra, et arrepta occasione, ad extremum extensam dividendo ; partem etiam posteriorem cum se rursus extenderit, dissecando. Hoc factò, pars posterior novum caput cum tentaculis producet ; anterior pars novam caudam, et media pars novum caput cum tentaculis et nova cauda : elapsisque paucis diebus, omnes æque erunt integræ ac si mansissent invulneratæ. Ut verbo dicam, Hydræ omnibus modis dividi possunt sine injuria, et molestiam moramque frequentium experimentorum renatæ fatis remunerabunt. Hydram viridem, utpote speciem apud nos vulgatissimam, pro exemplo selegi : communis ejus longitudo est a quadrante uncia ad semiunciam, exclusis tentaculis ; interdum tamen multo major et longior conspicitur. Mirum hoc animal a Leewenhoeckio circiter finem centuriæ jam elapsæ detectum est, qui tamen ejus proprietates ignoravit. Oblitum videtur esse post Leewenhoeckium usque ad annum millesimum septingentesimum quadragesimum, cum iterum a Domino TREMBLEY repertum est ; qui innumeris experimentis, miras omnes qualitates, et præsertim repullulandi facultatem in lucem protulit. Experimenta

ta hæc cito vulgata sunt, et ab omnibus Europæ Phisicis repetita. Hoc modo plures Hydræ repertæ sunt, cum variis aliis animalibus eandem repullulandi potestatem habentibus; et nova velut Epochæ in Historia Naturali exorta est.

Fig. 1. Hydra magnitudine aucta.

Fig. 2, 3, &c. Hydræ magnitudine naturali; et aliæ leviter auctæ.

Fig. 7. Hydra vermiculum arripiens.



pl. 17

THE
GREEN POLYPE,
OR
HYDRA.



GENERIC CHARACTER.

Body long and tubular.

Mouth furrounded by arms, or tentacula.

SPECIFIC CHARACTER.

POLYPE with about 8 or 10 arms, or tentacula.

See with new life the wond'rous worm abound,
Rich from its loss, and fruitful from its wound!

The various species of Polype, or Hydra, are justly ranked amongst the most wonderful productions of Nature; so extraordinary are the particulars of their life and mode of propagation, as well as their powers of reproduction after being cut in pieces, that at their first discovery the philosophic world was involved in scepticism; and the History of the animals did not obtain complete credit, till experiments repeated by the most diligent and accurate Naturalists, and varied
in

in every possible manner, at length incontestibly proved the truth of their surprising, and seemingly impossible properties.

As it is the intention of this work to give as short descriptions as the nature of the subject can admit of, we shall, in our account of this animal, only relate in very plain and brief terms the general history of the creature.

The Polype is an aquatic animal, of which there are several species: of these one of the most common is that represented on the annexed plate; *viz.* the Green Polype, or Hydra Viridis of Linnæus. It is a native of clear waters, and may generally be found in great plenty in small ditches and trenches of fields; especially in the months of April and May. It affixes itself by the tail to the under part of the leaves, and to the stalks of such vegetables as happen to grow immersed in the same water. The animal consists of a long tubular body, the head of which is furnished with eight, and sometimes ten long arms, or tentacula, which surround the mouth or opening. It is capable of contracting its body in a very sudden manner when disturbed; so as to appear only like a roundish green spot; and when the danger is over, it again extends itself as before. It is of an extremely predacious nature, and feeds on the various species of small worms, and other water-animals which happen to approach: when any animal of this kind passes near the Polype, it suddenly catches it with its arms, and dragging it to its mouth, swallows it gradually in the same manner as a snake swallows a frog. The Polype has no
anus

anus or vent ; it therefore again evacuates the remains of the animal on which it has preyed, by its mouth. It is capable of swallowing a worm of twice or thrice its own size ; which at first appears incredible ; but is easily understood when we consider that the Polype's body is extremely extensile, and is dilated on such occasions to a surprizing degree.

The usual manner in which Polypes propagate is by vegetation ; one or two, or even more young ones emerging gradually from the sides of the parent animal ; and frequently these young ones are again prolific before they drop from the parent ; so that it is no uncommon thing to see two or three generations at once on the same animal. But the most astonishing particular is yet untold ; *viz.* that if a Polype is cut in pieces, it is not destroyed but multiplied by its wounds, and what was said of the fabulous Hydra of the ancients, is here literally true ;

“Fertilis et damnis dives ab ipsa suis.” *

A Polype of the common size may be very conveniently cut in three pieces, by taking the opportunity, when the creature is fully extended, of introducing a pair of scissars gently into the glass in which it is kept, and dividing it suddenly ; and when the tail-part is again extended, repeating the same operation : in this case the tail-part will produce a new head and arms, the head-part a new tail, and the middle part will reproduce both head, and arms, and tail ; and all these will in a few days become as perfect, except in length,

as

* Rich from its loss, and fruitful from its wound.

as the animal was at first. In short, Polypes may be cut in all directions and in every manner that can be conceived, without injuring them; and will amply repay the trouble attending the experiments by the astonishing views which they will exhibit during their different degrees of growth.

As the green Polype is one of the most common animals of the kind in this country, we have selected it as the best and most familiar example of the genus: Its most general length is from a quarter to half an inch, when extended, exclusive of the arms; but sometimes it grows to a much greater extent. The first discovery of this animal was towards the end of the last century by Leewenhoek; but he was not acquainted with its extraordinary properties of reproduction. It seems to have been neglected after Leewenhoek's observation, 'till the year 1740, when Mr. TREMBLEY of Geneva again discovered it; and by innumerable experiments was convinced of its reproductive nature. His experiments were soon made public; were repeated by all the Naturalists of Europe; several other species were discovered, as well as many other animals which possess the same power of reproduction, and a new Era commenced in the annals of Natural History.

Fig. 1. A Polype magnified.

Fig. 2, 3, &c. Polypes, some in their natural size, and others slightly magnified.

Fig. 7. A Polype seizing a worm.

LACERTA MONITOR.



CHARACTER GENERICUS.

Corpus tetrapodum, caudatum, nudum.

Lin. Syst. Nat. p. 359.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

LACERTA cauda carinata, corpore mutico
maculis ocellatis.

Lin. Syst. Nat. p. 360.

Seba. Mus. vol. 1. t. 97. *Fig.* 2.

————— vol. 1. t. 94. *Fig.* 1. 2.

————— vol. 2. t. 30. *Fig.* 2. ♂ tab. 49. *Fig.* 2.

————— vol. 2. t. 86. *Fig.* 2.

Nomen Monitor huic Lacertæ datum est, quoniam, (quod valde dubium videtur,) crocodilo viso, clamorem argutum præ metu tollere dicitur; hoc modo viatores de monstro isto appropinquante haud raro admonens.

In magnam molem sæpe crescit Monitor, et gracili est forma, caudam habens longissimam. Color ejus communis est niger, albo variatus. Variationes albæ in fascias transversas macularum circularium centro nigro dispositæ sunt, et inter has fascias aliæ plerumque occurrunt angustæ, seu velut striatæ. Variationes super caudam, non, ut in reliquo corpore, ad normam, sed

fed velut temere et fortuito pofitæ videntur. Crura pedesque albo tranſverſe maculata funt. In abdomine color albus dominatur, ſtriis maculisque nigris plus minus notatus. Interdum coloribus variat hæc ſpecies: color ejus nempe primarius eſt fufcus, aut ſubferrugineus, potius quam niger.

Elegans hæc Lacerta in Indiæ Orientalis ſimul ac Americæ partibus Auſtralioribus naſcitur.



1. 12

London, Illustrated Catalogue 1890 by J. P. Miller, fig. No. 1. From Science.

THE
MONITORY LIZARD.



GENERIC CHARACTER.

Body four-footed, tailed, naked.

Lin. Syst. Nat.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

BLACK LIZARD, marked with transverse bands of ocellated white spots.

This species of Lizard has obtained the name of Monitor, from a circumstance which seems of very doubtful authority. It is pretended that on sight of the crocodile, it sets up a loud and shrill cry through fear, and thus frequently warns travellers of the vicinity of that formidable creature. It grows to a considerable size, and is of a very slender make, and the tail is extremely long. The general colour of the animal is black and white; the black forming the ground-colour, and the white the variegations, which are disposed in transverse bands of annulated spots with black centres, and between these bands are generally some narrowish stripes of white. On the tail the variegations are less regular than on the body. The legs and feet are spotted transversely with white. On the belly the white prevails, which is marked more or less with

with transverse streaks and spots of black. Sometimes this animal varies in colour; the ground being rather brown or ferruginous than black.

This elegant Lizard is found both in the East-Indies, and in the Southern parts of America.

STRIX PULCHELLA.



CHARACTER GENERICUS.

Rostrum aduncum (absque cera.)

Nares pennis setaceis recumbentibus obtectæ.

Caput grande: auribus oculisque magnis.

Lingua bifida.

Lin. Syst. Nat. p. 131.

Ord. *Accipitres*.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

STRIX capite auriculato, corpore cinereo, punctis maculis striisque nigris variato, remigibus albo maculatis.

STRIX PULCHELLA.

Pallas.

Latham. Synopf. vol. 1. p. 130.

Avicula, magnitudine naturali in tabula depicta, est omnium noctuarum hætenus cognitarum minima. Inter eas species sui generis militat quæ nomine noctuarum auritarum distinguuntur; quarum nempe tempora fasciculis plumosis exstantibus ornantur. Sibiriam habitat, et varias Moscoviæ regiones. Species est maxime elegans et concinna. Color ejus primarius est dilutissime cinereus, seu canus, punctis innu-

meris maculisque nigris et subferrugineis pulcherrime irroratus. Alarum remiges, seu pennæ fusco alboque fasciatæ. Cauda quoque albido leviter fasciata est; et tota avis coloribus suis avi *Torquillæ* non est abfimilis. Pectus et abdomen albicant, maculis longitudinalibus nigris notata.



L. N. *Published March 1870 by J. P. Vowler & Co. 100, Panton Street.*

THE
LEAST HORNED OWL.



GENERIC CHARACTER.

Bill hooked, not furnished with a cere.
Nostrils covered with recumbent bristly feathers.
Head large: *Ears* and *Eyes* very large.
Tongue bifid.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

HORNED OWL with pale grey plumage, varied with specks and markings of black and brownish; the long feathers of the wings spotted with white.

SIBERIAN OWL.

Latham. Synops. vol. 1. p. 130.

The bird here represented in its natural size, is the least species of Owl yet known; it is of that division of the genus which contains the species commonly called Horned Owls, or such as have a tuft of feathers standing up on each side of the forehead. It is a native of Siberia, and is found in several parts of Russia. It is a species of uncommon elegance of plumage. The

general or ground colour is a very pale grey or ash-colour; curiously sprinkled all over with innumerable points and spots of black, brownish, &c. The long feathers of the wings are barred with brown and white; the tail is also slightly fasciated with white, and the whole plumage bears a very considerable resemblance to that of the Wryneck. The breast and belly are whitish, with longitudinal marks of black.

OPHRYS APIFERA.



CHARACTER GENERICUS.

Nectarium subtus subcarinatum.

Lin. Syst. Nat. tom. 2. p. 592.

Gynandria Diandria.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

OPHRYS bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio subquinelobo.

Lin. Spec. Plantar. p. 1343.

OPHRYS radicibus subrotundis, labello holosericeo, emarginato et appendiculato.

Haller. Hist. vol. 2. 1266. t. 24.

Planta hæc, cui nomen *Ophrys Apifera*, rei botanicæ studiosis probe cognita est: Junio et Julio floret. Super colles, et prope fylvas, solo præcipue cretaceo nascitur; venustatem tamen habet eximiam et peculiarem in umbroso fylvarum secessa reperta. Sic sita injuriam omnem quæ a sole nimium torrido foliis accidere solet, evitat. Flores formosæ hujus plantæ adeo sunt apibus similes, parvo intervallo conspecti, ut qui eam intuentur, in eadem sententia non possint non omnes convenire.

Notum epigramma, parce detortum, *Ophri Apiferæ* non male convenit.

*Dum dubitat vel apem Natura an fingeret herbam,
Conjuxit formas ingeniosa duas.*



Scutellaria Peruviana March 1840. E. D. Noddin. Sp. V. B. Boston. Herbar.

The large plates on serpents are called, in the Linnæan language, by the name of Scuta, to distinguish them from the Squamæ, or scales on the other parts of the body : but as those scuta which are situated under the tail, differ from the rest in being smaller or less extended, and form a separate assortment from the abdominal ones, they should always be called by a name which should instantly distinguish them from the Scuta or larger plates. I have therefore called these smaller scuta by the name of Scutula.

Notwithstanding an appearance of malignity in this animal, it is not of a venomous nature ; that is, it is not capable of inflicting any other than a simple wound by its teeth, as it is unprovided with the tubular fangs and reservoir of poison with which the venomous serpents are furnished.

Its colour is a most beautiful vivid Saxon or bluish-green, with several broad transverse bars of white down the back ; the belly is of a white colour, but slightly tinged with yellow. It is an inhabitant of America.

The figure of this Snake in Seba's Museum is so well executed both as to posture and accuracy, that it was thought better to copy it than to attempt a new one.

In the British Museum is a fine specimen of this animal. It is also figured in the Museum Adolphi Frederici of Linnæus, but the figure in that work is far from having the elegance of Seba's representation.

The description of this serpent by Linnæus in the Mus. Adolph. Frid. is as follows.

“ *Head* cordated, oblong before the eyes, depressed,
“ *gibbous* behind, imbricated with small scales ; the
“ anterior

“ anterior ones, especially at the sides before the eyes,
“ larger than the rest. Upper *Lip* retuse before, white,
“ emarginated, the sides excavated with a series of deep
“ scalary furrows, which give the face a formidable ap-
“ pearance. *Teeth* situated towards the anterior part
“ of the mouth, 2 or 3 in each jaw, both above and
“ below, long, sharp, fixed, not retractile. *Nostrils*
“ linear, transverse. *Eyes* orbicular.

“ *Trunk* compressed, especially towards the abdomen:
“ covered with smooth scales. *Abdomen* white; Scuta
“ 203. *Tail* 1-7th of the whole, attenuated, somewhat
“ obtuse, covered beneath with 77 Scutula.

“ Colour green, with transverse white bands, which
“ are narrow and situated on the back only, and some-
“ what broken or interrupted towards the middle.

“ Length 4 feet. Thickness nearly that of the small
“ of the arm. ”

STRIX NEBULOSA.



CHARACTER GENERICUS.

Rostrum aduncum. (absque cera.)

Nares pennis fetaceis recumbentibus obtectæ.

Caput grande: auribus oculisque magnis.

Lingua bifida.

Lin. Syst. Nat. p. 131.

Ord. *Accipitres*.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

STRIX fusco albidoque transversim fasciata, abdomine albo maculis oblongis ferrugineis.

Penn. Zool. Arct. p. 234.

Arct. Angl. vol. 62. p. 424.

Lath. Synops. p. 133.

Hæc avis inter majores sui generis existat, quamvis aliis speciebus magnitudine impar. Specimen a Doctore FORSTER in Actis Anglicis descriptum pondere erat librarum trium, longitudine sedecim unciarum, latitudine quatuor pedum. Tota avis fusco albidoque colore transversim fasciata est, fasciis versus caput minoribus et numerosioribus. In imo ventre et super latera sunt maculæ variæ longitudinales, magnæ, ferrugineo-fuscæ. Pallidæ quæ oculos cingunt plumæ,

striis concentricis fuscis leviter notantur. Super remiges alarum et caudam fasciæ alternatim albæ fuscæque majores sunt, et magis conspicuæ quam in aliis partibus. Colores totius avis sunt molles et eleganter dispositi. Sinum Hudsoni in America Septentrionali inhabitat hæc avis.



A 28

London, Published

April 1840 by T. C. Nodder & Co. 1. 28. Ranton Street.

THE
C L O U D E D O W L.



GENERIC CHARACTER.

Bill crooked (not furnished with a cere.)
Nostrils covered with recumbent bristly feathers.
Head large: *Ears* and *Eyes* large.
Tongue bifid.

Lin. Syst. Nat.—*Accipitres*.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

OWL transversely fasciated with brown and whitish, the belly white with oblong ferruginous spots.

BARRED OWL.

Pennant. Arct. Zool. p. 234.

Lath. Synops. p. 133.

This is one of the larger species of Owls, though inferior in size to some others of the genus. A specimen described by Dr. FORSTER in the Philosophical Transactions weighed three pounds, and was in length sixteen inches, and in breadth, when extended, four feet. The whole bird is transversely barred with brown and whitish; the bars being smallest, and most numerous

rous towards the head. On the lower part of the belly, and on the sides, are some large longitudinal marks of ferruginous brown. The feathers furrounding the eyes are of a pale colour, lightly marked with concentric striæ of brownish. On the long feathers of the wings and tail, the alternate bars of brown and white are larger and more conspicuous than on the other parts. The colours on the whole bird are soft, and very elegantly disposed. It is a native of Hudson's Bay.

ACTINIA ANEMONE.



CHARACTER GENERICUS.

Corpus se affigens basi, oblongum, teres: apice dilatabili intus tentaculato.

Os terminale dentibus incurvis; rostro cylindrico radiato.

(*Apertura* præter os nulla.)

Lin. Syst. Nat. p. 1088.

ANIMAL se affigens basi, carnosum, oblongum, teres, contractile, viviparum.

Os terminale, dilatabile, tentaculis cinctum.

(*Apertura* præter os nulla.)

Ellif. Hist. Zooph. p. 1.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

ACTINIA subcylindrica, breviuscula, rubra, tentaculis interioribus ramosis, exterioribus conicis, obtusis.

AN ACTINIA EQUINA?

Lin. Syst. Nat.

Si Zoologiæ classes inferiores attentius scrutemur, multa inveniemus formæ adeo insolitæ et naturæ velut ambigæ, ut dubium videatur sintne inter plantas, an inter animantes memoranda. Plurima hujusmodi
a cele-


a celeberrimo Linnæo sub nomine *Molluscorum* digeruntur; ita scilicet ordinem constituentia classis Vermium. Inter varia Molluscorum genera nullum genus *Aëtiæ* aut pulchritudine aut miro artificio præcellit.

Multæ hujus generis species nomine Anemones marinæ descriptæ sunt, utpote formam floris Anemones, cum expanduntur, præ se ferentes.

Species autem hic depicta, peculiari modo hac appellatione digna videtur: illam igitur nomine *Aëtiæ Anemones* distinguere non dubitavi. Quamvis perquam vulgaris sit hæc species in variis Europæ littoribus, et nullis frequentior quam nostratibus, a Linnæo tamen in *Systemate Naturæ* minus videtur descripta. Rupibus arcte adhæret, et mari refluxente, interdum nuda super rupes, plerumque tamen paulum sub aqua relinquitur. Color illi generalis est ruberrimus, plus minus vividus in diversis speciminibus. Magnitudinem repræsentant tabulæ. Dum contrahitur (*Fig. 1.*) cono obtusissimo similis est, apice aperto, quem pro arbitrio penitus claudere potest: plerumque tamen adeo referatus est apex, ut ramosa aliquot tentacula centralia emergant. (*Fig. 2.*) Animal autem expansum spectaculum exhibet pulcherrimum omnino et mirandum. Duplicem enim, et interdum triplicem in circumferentia ordinem tentaculorum protrudit, forma oblonga, apicibus obtusis, quibus color flavus est, rubro eleganter variatus: hoc modo florem a quo nomen habet, optime exprimens. (*Fig. 3.*) Tentacula centralia nunc non exferuntur, sed ampla in medio relicta est cavitas, in quam si aliquid extraneum introducitur, aut si aliqua tentacula vel leviter tanguntur, illico se fortiter contrahit


contrahit animal, et in formam conii, (ut in *Fig. 1.*) rursus subducitur. Hanc Actiniæ speciem interdum a rupe sua detraxi, vidiq̄ue illam mirabundus paulo post, cum languescere cepit, omnia pene viscera protrudentem in formam membranæ inflatæ et late expansæ, coloris flavescentis, radiis subrubris et viride palentibus variati. (*Fig. 4.*) Cum hoc fit, tentacula centralia non exserta sunt, series autem duplex vel triplex tentaculorum in circumferentia pulchre expanditur. Viviparæ sunt Actiniæ, sed ab experimentis in nonnullis speciebus hujus generis demonstratur posse animal (adhibita cautela) in partes abscindi, et hoc modo propagari, singulis partibus gradatim ad perfectionem repullulantibus.





London, Botanic Garden, from the garden of T. R. de la Roche Esq. No. 1000.

London. Published & sold every by W. D. London St. N. B. Antiquarian.



THE
ANEMONE ACTINIA.
OR
SEA ANEMONE.



GENERIC CHARACTER.

Body oblong, nearly cylindric, fixing itself by the base, the top expanfile and tentaculated within.

Mouth terminal, furnished with crooked *teeth*.

No other *Opening* except that of the mouth.

SPECIFIC CHARACTER.

ACTINIA, of a nearly cylindric shape, shortish, with the interior tentacula ramified, the exterior ones conic and obtuse, Colour red.

When we take a view of the lower orders of Zoology, we find a large and singular set of beings, which are so widely distinct from the other tribes of the animal world, that they seem almost as nearly allied to vegetables as to animals. Many of these curious productions of Nature are arranged by Linnæus under the title of Mollusca; which title is one of the subdivisions of the Linnæan tribe of Vermes. Of the various
genera

genera belonging to the Mollusca, that of *Actinia* is perhaps the most elegant and curious. Many species of this genus have been called by the name of Sea-Anemonies, from a general resemblance which they bear, during their expanded state, to that flower. The species here represented, seems in a peculiar manner worthy of this name. I have therefore given it the title of the Anemone *Actinia*.

Though extremely common on several of the European coasts, and on our own in particular, it does not seem distinctly mentioned by Linnæus in the *Systema Naturæ*. It adheres firmly to the rocks, so as to be frequently left above water at the ebbing of the sea; but it is generally found adhering at some little depth below the surface of the water. Its general colour is a deep red, more or less vivid in different specimens, and of the size represented in the annexed plates.

When in a state of contraction, (as at *Fig. 1.*) it has the appearance of a very obtuse cone, with an orifice at the top, which it can at pleasure close entirely; but which is generally so far open, as just to exhibit a few of the interior branchy tentacula or central parts. (*Fig. 2.*) but when expanded, it presents a most curious and beautiful appearance, (*Fig. 3.*) it then displays a triple row of circular tentacula of an oblong form, with obtuse points, of a yellow colour, and varied with red in such a manner as to bear a very considerable resemblance to the flower from which it is named. In this state the central tentacula are not protruded, but a large cavity appears in the middle, into which, if any extraneous substance is introduced, or even if any of the

the tentacula are but slightly touched, the animal instantly contracts itself into a conoid shape again, (as at *Fig. 1.*)

I have sometimes taken this species of *Actinia* from its native rock, and have observed that after some time, when it grew languid, it protruded in a most extraordinary manner almost the whole of its interior parts or viscera, in the form of an inflated membrane of a pale yellow colour, and striped very elegantly with rays of red and pale sea-green. (*Fig. 4.*) In this state it does not protrude any of the central or branchy tentacula, but the rows of lateral ones are protruded all round the circumference. The *Actiniæ* are viviparous animals, and experiments have been made on some of the species of this genus, which prove, that they are capable of being cut (with proper care) into several parts, each of which by degrees becomes complete.

PAPILIO POLYMNESTOR.



CHARACTER GENERICUS.

Antennæ apicem versus crassiores, sæpius clavato-capitatae.

Alæ (sedentis) erectæ sursumque conniventes.
(*Volatu* diurno.)

Lin. Syst. Nat. p. 744.

CHARACTER SPECIFICUS.

PAPILIO alis dentatis subconcoloribus nigris, posticis apice cærulefcentibus nigro maculatis.

Fabr. Spec. Insect. tom. 2. p. 9.
Eq. Troj.

Elegans hoc insectum, Asiam incolens, est inter species a Linnæo non descriptas. Alæ ejus superiores sunt aterrimæ, nubeculis tamen paucis albescentibus in longitudinem juxta apices ductis, et prope basin nota exstat subtrigona producta coccinea. Alarum inferiorum basis est aterrima et holoserica, pars autem reliqua colorem habet e subcæruleo albicantem, maculis nigris niveisque ornatum.

T H E
POLYMNESTOR BUTTERFLY.



GENERIC CHARACTER.

Antennæ, (or *Horns*) thickening towards the upper part, and generally terminating in a knob, or club-shaped tip.


Wings (when fitting) erect, and meeting upwards.
(*Flight* diurnal.)

Lin. Syst. Nat. p. 744.

SPECIFIC CHARACTER.


BUTTERFLY with indented black wings, colour of both surfaces nearly the same, the lower wings blueish towards the tips, and spotted with black.

This beautiful insect is one of those species which are not in the works of Linnæus. It is an inhabitant of Asia. The upper wings are of a deep black, with a few longitudinal whitish clouds towards the tips, and a lengthened mark of deep crimson of a somewhat triangular shape, near the base of each. The lower wings are of a deep velvet-black at the base, and from thence of a most elegant whitish or extremely pale blue, ornamented with spots of black and snow-white.



London: Published first by J. R. Walker & Co. 1837. Reissued by Rivers.

LEMUR TARDIGRADUS.



CHARACTER GENERICUS.

Dentes primores superiores 4: intermediis remotis.

Inferiores 6: longiores, porrecti, compressi, paralleli, approximati.

Laniarii solitarii, approximati.

Molares plures, sublobati; antiqui longiores, acutiores.

Lin. Syst. Nat. p. 44.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

LEMUR ecaudatus, subferrugineo-cinereus, linea dorsuali fusca.

LEMUR ECAUDATUS.

Lin. Syst. Nat. p. 44.

Singulare hoc animal interdum pro Bradypi specie errantes habuerunt auctores, et nomine Tardigradi Ceylonici descripserunt. Bradypo tamen nequaquam affine est, nisi quod, (ut ipsum nomen vult,) tarde admodum gradiatur; in quo sane ab omnibus aliis sui ipsius generis speciebus insignitur differt: sunt enim illæ ingenii maxime vividi, et motus omnino celerissimi. Notabile etiam est quod vel ullo caudæ vestigio penitus careat. Indiam Orientalem, et præcipue insulam Ceyloniam inhabitat Lemur Tardigradus. Mag-

nitudo ejus est fere felis junioris domesticæ. Coloris est pallide fusci: oculi autem circulis obscuris, seu fusco-nigricantibus cinguntur, qui supra caput coeuntes, lineam eodem colore continuatam per dorfi longitudinem ducunt.

